



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regula Sancti Patris Benedicti

Benedikt <Montecassino, Abt, Heiliger>

Moguntiae, 1604

LX. De Sacerdotibus qui fortè voluerint in Monast. habitare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64533)

obstruantur, vt nulla suspicio remaneat pue-
to, per quam deceptus perire possit (quod
absit) quod experimento didicimus. Simili-
ter autem, & pauperiores faciant. Qui verò
ex toto nihil habent, simpliciter petitionem
faciant, cum oblatione offerant filium suum
coram testibus.

I. (SI IPSE PVER MINORI ÆTATE
EST.) Huiusmodi pueros minoris atatis nullate-
nus in Congregatione recipimus, vt supra in Capi-
tulo trigesimo. De pueris minori atate, iuxta De-
creta Concilij Tridentini.

De Sacerdotibus, qui voluerint in Monasterio habi-
tare. C A P. LX.

S I quis de ordine Sacerdotum in Monaste-
rio se suscipi rogauerit, non quidem ei
citius assentiatur: tamen si omnino perstite-
rit in hac petitione, sciat se omnem Regulæ
disciplinam seruaturum, nec aliquid ei rela-
xabitur, vt sit sicut scriptum est. Amice ad quid
venisti? Concedatur ei tamen post Abbatem
stare, & benedicere, aut Missas tenere, si tamē
iusserit ei Abbas: sin alias, nullatenus aliqua
præsumat, sciens se disciplinæ Regulari sub-
ditum, & magis humilitatis exempla omni-
bus det. Si forte ordinationis, aut alicuius rei
causa fuerit in Monasterio illum locum at-
tendat quando ingressus est in Monasterium,
non illum qui ei pro reuerentia Sacerdotij

Matth. 26.

K

con-

concessus est. Clericorum autem, si quis eodem desiderio Monasterio sociari voluerit, loco mediocri collocetur. Et ipse tamē si promittit de obseruatione Regulæ, vel propria stabilitate.

1. (SI QVIS DE ORDINE SACERDOTVM.) In sacerdotibus, & Clericis Congregationem nostram ingredientibus obseruamus ordinem professionis.

2. Verum Presbyteros propter Sacerdotij reuerentiam, super alios Nouitios collocamus. Idem quoque potest facere Prælati de aliis, si sibi videbitur aliqua rationali causa: quibus tamen propter hoc non intendimus præiudicare, quoad tempus Professionis.

3. Inhibemus etiam, plerumque præfatis Sacerdotibus celebrationem Missarum ad tempus, ut ex hoc eorum humilitas comprobetur, & ut eam etiam melius addiscant: & tunc ipsi communicent cum clericis.

De Monachis peregrinis, qualiter suscipiantur.

CAP. LXI.

SI quis Monachus peregrinus de longinquis Prouinciis superuenierit, si pro Hospite voluerit habitare in Monasterio, & contentus faciat consuetudine loci, quam inuenierit, & non fortè superfluitate sua perturbet Monasterium, sed simpliciter contentus esse quod inuenierit: suscipiatur quanto tempore cupit. Si qua tamen rationabiliter & cum ho-

militat